



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Diuinæ voluntatis absoluta libertas ab authoritate stabilitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Disp. III. Quæst. I. Certam. I. & II. 37

d. 7. scilicet. 1. num. 1. scilicet. 4. num. 4. constatur ex 8. Physi-
corum textu 9. 13. 52. 53. id est Dei seu motoris primi
immutabilitate deducens 1. sicuti & 2. de celo text. 21.
& 35. & 1. de generat. text. 16. & lib. 2. textu 56. ac
9. Metaph. textu 17. statuit æternis nihil esse in poten-
tia, sed omnia in actu: quare de calorum quiete ti-
mendum non esse, cum æternitatis titulo tam ipsi quam
eorum motor in potentia siue actiua, siue passiua non
sint ad non mouendum: ex quo etiam 12. Metaph. text. 6.
concludit satis non esse ponere substantiam æternam po-
tentem mouere, nisi actu & ex necessitate mouens motio-
ne ipsius substantiæ identificata asseratur: in errorem eun-
dem lapsi sunt eius commentator Auerroes 8. Physicor.
text. 6. Simplicius 6. Physicorum text. 15. Auicenna 9. suæ
Metaph. capite 4. Theophrastus & Porphyrius, apud relatos
à Rait citata scilicet. 1. n. 1.

2. Vnum alibi ex his perique ritè de diuini arbitrij,
& voluntatis libertate censuerunt, vt ex iam subicien-
dis eorum sententiis elarebit: quare eos ea in re varios,
atque pro occurrentium difficultatum impetu hinc inde
iactatos certum est. Aristoteles 4. Topic. cap. 5. Deo
potestatem ad agendum praua, quæ absque libertate non
sunt: quare & hanc Deo concedit, etiam in primo turpi-
ter erret, nec satis ratione, quam subiungit Deo à culpæ
facilitate excuset: item Alexand. lib. de fato ex Aristot.
docet, beneficia à Deo esse petenda: quia ea præstare
vel secus potest. Hac resse Lærtio in eius vita à prima
causâ Deo misericordiam moribus Aristoteles implo-
rauit: quo ipsius libertatem professus est. Deinde 2.
Majior. Moral. post finem, & 7. Ethic. ad eundem post
medium Deum nullo egere statuit: egeret autem multis,
si causa ex necessitate vellet & operaretur. Insuper 8.
Ethicor. cap. 7. & lib. 10. cap. 8. virum probum Deo ami-
cum fateri quod amare libero vtique esse non potest,
Miles docuitle 2. Physicor. textu 49. Deum agere per in-
tellectum & voluntatem, quo nonnulli putant, Dei in
decedendo, & operando ad extra libertatem suppo-
situm ab Aristotele; sed male iudicant: nam se per intel-
lectum, & voluntatem absque libertate tamen villa Deus
amat, & Spiritum Sanctum producit.

3. Præterea 10. majior. moral. cap. 8. ait Deum bo-
næ & malæ pro cuiusque meritis dispensare: quod absque
diffribuentis libertate non fit, & hanc quidem bonorum,
malorumque distributionem, & omnium gubernationem
Dei præscripto (non secus atque ex cuiusvis Naucleri
in sua nauis, aut Principis in sua Prouincia) in vniuerso
hoc prouenire fateretur, sub finem libri de mundo ad Ale-
xandrum, verba sunt. Ad summam: Quod in nauis guber-
nator, in curis auriga, in ciuitate lex, in choro præcen-
tor, in exercitu Imperator, hoc idem in mundo est Deus.
Nisi quod illis ipsis principatus laboriosus, perturbatus, &
anctus est; Deus autem expertus omnis mestitia, laboris,
nullaque corporis afferens imbecillitatem. Nam cum in
re immobili collocatur; omnia qua vult, mouet: arbi-
traturque suo in diuersis rerum generibus, & naturis ver-
sat. Nec dissimilem fluctuationem passi sunt citati reli-
qui. Nam Auicenna 9. Metaph. cap. 1. med. primo prin-
cipio Deo contingens ac minime necessarium fuisse crea-
re docuit, quod liberum eius arbitrium, & voluntatem
creandi includit. Auerroes itidem in distinctione distin-
ctionum d. 3. dubit. 1. & 2. libertatem Dei sensit, &
fateretur.

4. Firmius contra libertatem Dei, ac decretorum
eius aberrant Abailardus & VViclef apud VValden-
sem 1. doctrinal. fidei cap. 10. docentes Deum non posse
facere, nisi ea quæ facit, ac proinde omnia etiam à Deo
ex necessitate euenire: subscribere huic errori Lutherus
2. 36. Bucerus lib. de concord. doctrinæ c. de libero arbi-
trio. Caluinus 1. Instit. c. 16. §. 3. & hi quidem duo
postremi ita errorem istum explicant, vt nequeat non
quælibet ac pessimo sensu intelligi: illud quippe VVi-
clef, quod scilicet Deus non possit facere, nisi ea quæ fa-
cit secundum se, minus duram capit interpretationem:
nempe Deum casu, quo aliquid facturus sit, non alia
facere posse ab his, quæ facit; quia ea, & non alia
facere debet, non tamen, ad hæc adhuc quæ fecit, fa-
cienda temeris ac subinde libere absolute ea fecisse, cum ea
non facere absolute potuerit, id quod sola necessitate,
siue physica, siue metaphysica, siue moralis voluntatis

Dei ad optimum ex creatis & volendum, & præstandum
non sublatâ absolute diuina libertate saluaretur, vt ex
dicendis quæst. 4. parebit. Caluinus vero ita neque sane
extra VViclef, & Lutheri magistri mentem eum erro-
rem explicat: scilicet, Deum agere necessario quidquid
potest agere: nec posse cessare ab eo quod facit, nec aliud
facere posse, vt noster interpretatur Bellarminus tom. 3.
lib. 3. de gratia, & libero arbitrio cap. 15. vers. finem: qui-
bus omnem prorsus Dei in decernendo & operando li-
bertatem excludit.

CERTAMEN II.

Diuina voluntatis absoluta libertas ab authoritate stabilitur.

1. Dogmatica voluntatis, & volitionis erga creatâ
libertas absoluta Philosophorum (si memoratos
ea in re varios excipias) gentiumque omnium autori-
tate probatur: excipio autem varios; quia, etsi locis dat-
is certam. 1. num. 2. & 3. eam expresse fateantur varij
testes variationis exceptionem patiuntur: neque mul-
tum in re adeo clara referat ex tempore quo, vel fauen-
tia, vel aduersantia loca scripserunt, in qua tandem sen-
tentia fuerint, quamve retractauerint, magno difficili-
superuacuo labore indagare. Firmus igitur omnique ex-
ceptione maior veritatis huius testis est Plato sic Ange-
los, seu Deos à se factos Deum alloquentem inducens.
Non estis penitus immortales, neque penitus indissolubiles,
non tamen soluemini, nec moris sortem sequeremini: cum
mea voluntas maius adhuc. & præstantius vinculum
vobis contigerit. Ita ille in Timæo longe à principio:
quibus aliam voluntatem Dei illis contigisse potuisse,
quæ perpetuitatis illorum vinculum non esset, ac proin-
de libera absolute Dei voluntate perenniter seruando
Angelos fatur: idem in Alcibiade primo siue de natura
humana siue liberam Deo disponendi, vel impediendi
actiones nostras admittit, cum ex Socratis præscripto
docet faciendis à nobis præstandum si Deus voluerit, vt
ea potestatis libertatisque ingenua professio operum no-
strorum aggræssionem debita pietate anteiret.

2. Gentis omnes supplicia ob male acta à suis quæ-
quæ Diis timebant, veniam precabantur, periculorum
creptionem, malorum imminetium auersionem, atque
opprimetium excussorem, bonorumque elargitionem
suis precibus, machatisque hostiis rogabant etiam illæ,
quæ stellarum fatum asserbant, teste Nysseno lib. de fa-
to cap. 36. de quibus ita rogantibus, Deumque inuo-
cantibus, ac cælum non Capitolium in suis æumnis
aspicientibus sic exclamauit Tertullianus cap. 7. Apolog.
d. testimonium anima naturaliter Christiana: quia sci-
licet Deum ad veniam, malorum auersionem, ac præ-
standa beneficia precibus, obsequiis, & sacrificiis flexi-
bilem, ac subinde ad vtrumvis liberum, nec ad alte-
rum natura, & necessitate determinatum, vt fides Chri-
stiana docet, naturalis rationis ductu conspirato om-
nes homines cognoscebant, nihil enim horum nisi stu-
pide, & amenter peti, timeri, sperari, affecti nescio
agente, atque ad operandum, præstandumque, vel se-
cus, sui impote posset: quare vel omne hominum ge-
nus natura, & rationis ductu aberrare, vel Deum agens
liberum esse erit fatendum. Hoc è gentium omnium au-
thoritate petitum argumentum, plures præterea pure
naturales Philosophicas rationes continet demon-
stratiuas.

3. Sed firmius veritas hæc fundamentum in Scriptu-
ra Sacra habet, Psalm. 93. Deus vltionum libere egit: ac
passim in Psalmis, Prophetis pœnæ malis, & præmij re-
tributio bonis petitur à Deo, misericordia, & auersio
malorum siue imminetium, siue deprimentium roga-
tur, speratur, sollicitaturque victimis, & holocaustis
oblatis: quibus omnibus & singulis Dei libertas sup-
ponitur, atque certo fidei proxime deducitur: sed
eis, quia innumera nec formaliter, sed illatiue so-
lum præsens dogma continentibus illam solum locum
E 3 Psalmi

Plalmi recitauimus, quo expresse, & formaliter continetur, cui similia sunt pleraque alia quibus Dei potentia ad faciendum quae non fecit, vel non faciendum quae fecit asseritur: quia ea definitione sua diuinam libertatem formale explicatius tradunt Sapient. 12. Sed & his (idololatriis terrae promissionis incolis) tanquam hominibus pepercessit, & misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello subicere impios, iustus, aut bestias sauis, aut verbo duro simul exterminare; sed paribus iudicans dabas locum poenitentiae: Et sequentia reliqua capitis eiusdem quibus iustitiae, & absolutae potestatis Dei in puniendis hominibus statim, ac delinquent, tolerantiam, & cunctationem, ut eos de peccatis poeniteat, atque fideles sui de sua misericordia non desperent, sed conuertantur, expendit, nec assestiment statim inflicendum ipsis Deum mala poenae, quae potest, ac meretur.

4. His similia plura dixerat, & i. haec praesertim, n. 18. Non enim impossibilis erat Omnipotens manus tua, quae creauit orbem terrarum ex materia inuisa immittente illis multitudinem serpentum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem preferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes; quarum non solum laesura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. Sed, & sine his uno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuae. Sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Multum enim valere tibi soli supererat semper. Ideoque, quae tunc non fecisti aduersariis tuis mala praesto tibi semper, & vbique erant, & erunt ut illis facias. Sed misisti omnium, quia omnia potes, & dissimulas, quandoque in supplicis, quae potes ipsis infligere, peccata hominum propter poenitentiam. In quibus expresse continetur Deum plura, nec fecisse, nec facere, nec esse facturum, quae & potentia, & iustitia sua facere absolute posset: quare & cum facit, posse etiam non facere, & omittere docemur: quod ipsum est, absolute in eis, vel faciendis, & decernendis, vel omittendis liberum esse Deum.

5. Id ipsum in nouo testamento pluries exprimitur: vnum, vel alterum testimonium in reliquorum exemplum producimus. Matth. 3. Potens est autem Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Quod non fecit, & 26. Ad putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modum? cum, nec praestat, nec praestiturus est) plusquam duodecim legiones Angelorum, & cetera. Quare hoc loco potestatis faciendi, quae omittit, ac subinde in eorum, omissione absoluta Deo libertas ad scribendum, solutio tentata à Vicleffo despici debet, non impugnari: de eadem oratione Christi. Luc. 22. & Marci 14. Abba Pater omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me, cum non transfuleris, & Matth. 19. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum calorum. Quo summa salutis diuitum difficultas explicatur: & fere statim apud homines hoc impossibile est, aliud Deum omnia possibilia sunt, id est diuites omnes saluare, quorum tamen non omnes, sed pauci saluabuntur 1. Corinth. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum. De quacunque autem gratia, siue beneficio, vel temporalium, vel spiritualium conloquatur, certum est non fecisse abundare in nobis omnem gratiam, ac beneficia; quae tamen hoc loco dicitur posse. Et ad Rom. 11. 14. & 16. ait posse Deum inferere, statuere, & confirmare, quae nihilominus non facit.

6. Tertiò probatur ex innumeris etiam locis, quibus opera ad extra Omnipotentiae diuinae vel eorum negationes: quare & diuinam Omnipotentiam in operibus suis Dei voluntati, & arbitrio subordinari asseruntur, ut illa sint, vel non sint, atque haec operetur, vel non operetur, si Deus operari velit, seu non velit, aut nolit. Hoc enim ipsum formaliter est Deum libere creaturas velle, aut nolle, easque libere operari, vel non operari. Aliqua vero ex pluribus sunt Daniel. 3. ubi celebres illi pueri Hebraei statum autem Nabuchodonosor adorare iniuncto succensi fornacis terrore moniti responderunt. Non oportet nos hac de re respondere tibi: ecco enim Deus non

stet, quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis Rex liberare, quod si nolueris, notum sit tibi Rex, quia Deus tuos non colimus, & statum auream, quam existi non adoramus. Similis sententia continetur apud Machabeos non semel. Atque Hesther 13. Non est, qui possit tua resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Plalm. 111. Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius. Plalm. 113. Omnia quaecunque voluit fecit. Sap. 18. subest enim tibi cum volueris, posse.

7. Item 1. ad Corinth. 12. Haec autem operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Ad Ephel. 1. qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae, non quod consilium voluntatis actum proprium asserat, qui intellectus actus est, sed, ut volitum adiectum posita in genitio, ex Hebraea phrasi forma adiectiui denominante: ne casu, ac non ex consilio, & praeconsiliato, atque electione vocatos nos à Deo putaremus, ut recte Soar. in opus. relect. de libert. diuin. d. 1. sect. 1. Atque hoc testimonio Dei electio, (quae non, nisi ex libera, & indifferenti potestate ad vtutius est) aperte continetur, sicuti asserit à Paulo fuerat cap. 1. Quae scilicet sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit, ad Ephel. 1. Elegit nos in ipso, 2. ad Thessalon. 2. Quod elegerit vos Deus primitus in salutem. Iacobi 1. Noane Deus elegit pauperes. 1. Pet. 2. Ab hominibus quidem reprobatur, à Deo autem electum. Ad Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et an non habet potestatem figulus lutum eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Matth. 10. Vobis autem & huic nouissimo daret, sicut & tibi. An non licet mihi, quod volo facere? Ioan. 5. Filius hominis quousque vult uiuificat. c. 3. Spiritus ubi vult spirat, quae omnia periphasas electionis, & indifferents potestatis, & libertatis ad ea, quae vult, & facit, & quae non facit agenda vel non agenda, omnino est.

CERTAMEN III.

Accinunt eidem veritati Ecclesiae Patres.

1. E Adem omnino pro hac veritate eiusdemque gradibus Ecclesiae Patres nobis praestiterunt argumenta, ut diuinam libertatem erga creaturam, vel decernenda, vel efficienda stabilirent. Augustinus, de Spiritu & lit. cap. 2. à medio memoratis locis Marth. & Sapientiae, quae dedimus, ex quibus multa, quae poterat Deus facere non fecisse conuincitur, concludit, & alia secenta possunt occurrere, quae fieri vel potuisse, vel posse fateamur: & eorum tamen exempla quod facta sint proferre nequeamus, id fere omnes Patres in nostra redemptione vixit per incarnationem, & Christi Domini passionem peractam: cum mille aliis modis peragi à Deo posset, apertissime docent Augustinus Epistola 3. ad Voluianum circa med. lib. 1. de Trinit. c. 10. & 13. lib. de Agone Christiano cap. 11. initio, stultos aliter sentientes appellans. Athan. Orat. 1. contra Arianos vers. fin. concedit ipsis obiectantibus posse Deum absque incarnatione, vel solo verbo nostram soluere maledictionem? addit verò. Ceterum sperandum est hic, quid hominibus sit utile: non quid situm in virtutibus Dei. Naz. epist. 1. ad Cleodan. seu Orat. 51. sub med. Euseb. Emislen. homil. 6. de Paschate: Deum vel non potuisse homines redimere ac demonem elidere: Sed incarnationem elegisse: ut per hominem homo redimeretur. Constat Leo Mag. Ser. 2. de Natiuitate ante med. Greg. 17. Moral. cap. 17. lib. 24. cap. 2. apud Cyprian. lib. de Caridine Christi operibus sermon. de Passione longe à medio. Bernard. epist. 109. ad Innocent. post med. Anselm. in cap. 4. ad Roman. ad id commendat: autem, & 2. Cur Deus homo cap. 5. collato cum cap. 4. & 6. Hugo Victor. 1. de Sacram. p. 8. cap. 10. & fufius tract. 1. Summa c. 14. nec curius Augustinus Epistola 3. ad Voluianum circa med. dium.

2. Secundum argumentum ex subiectione virtutis actiuae, seu Omnipotentiae voluntati, cuiusque electioni in operando ad extra confirmant Patres omnes, ut Dei